



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Lucina Matrona. S. Projectus Ep. M. S. Poppo Abbas. 25. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

S. Lucina Matrona. S. Proiectus Ep. &  
S. Poppo Abbas. 25. Ian.



### Mortificatio.

Noli concupiscere, quod non licet  
tenere, Th à Kemp.

Ne despicias ad te Domine, in tribulatione clamantes; sed intercedente B. Lucina / S. Proiecto Ep. & M. S. Poppone Abb. tribulatis succurre placatus. Per D. N Iesum Chr. &c.

Ora pro Scrupulosis, &c.

5. B. Lucina Nobilis. Romæ Ma-  
rema S. Sebastiani & aliorū plurimo-  
rum Martyrum Corpora curauit. Dor-  
num etiam suam Deo SSque dicauit.  
Quas ob causas ab Imp. Maximiano  
in exilium pulsa in eodem dēcessit.  
Anno. 288. fere.

2. S. Proiectus Aruenorum Epis-  
copus fiduuus Ecclesiarum & SS reliquia-  
rum cultor, honorem Martij per-  
insidias procerū urbis suæ adept⁹ est.

3. B. Poppo militaris vir pietatem  
armis iunxit; Ierosolymam & SS. A-  
postolorum limina inuisit, & cum re-  
dux ad nuptias equo vehitur, cælesti  
lumine ad nuptias agni inuitatus, Re-  
ligiosam vitam amplexus est. In hac  
ita exercitatus est, ut & cæteris præ-  
ficiendus videretur & ad magnatum  
negotia arbiter pius adhiberetur. de-  
nique administrato sancte officio in  
Domino quietuit Anno 1048. Treui-  
ris, sepultus stabuleti.